

Esaias

375 4

Audite insule et attendite populi
de longe. Dominus ab utero vocavit
me: de ventre matris mee re-
cordatus est nominis mei. Et posuit os meum
quasi gladium acutum: in umbra manus sue
protegit me. et posuit me sicut sagittam ele-
ctam. In pharetra sua abscondit me: et
dixit mihi. Servus meus es tu israel: quia
in te glorificabor. Et ego dixi. In vacuo
laboravi: sine causa et vane fortitudines
meas consumpsi. Ergo iudicium meum cum
domino et opus meum cum deo meo. Et nunc
dominus dicit dominus formosus me ex utero
servus tui: et reducam iacob ad eum. et israel
non congregabitur. Et glorificatus sum in
oculis domini: et deus meus factus est for-
tudo mea. Et dixit. Parum est ut sis
mihi servus ad suscitandas tribus iacob:
et feces israel conuertendas. Dedit enim
lucem gentium: ut sis salus mea usque ad
extremum terre. Hec dicit dominus redemptor
israel. sanctus eius: ad contemptibilem animam
ad abominatam gentem: ad fructum dominorum.
Reges videbunt et consurgent principes et
adorabunt. propter dominum quia fidelis est: et san-
ctum israel qui elegit te. Hec dicit dominus.
In tempore placito exaudivi te: et in die salu-
tis auxiliatus sum tui. Et servavi te et de-
di te in sanctis populi ut suscitares terram
et possideres hereditates dissipatas: ut
diceres his qui vincti sunt. exite. et his
qui in tenebris reuelamini. Super vias pas-
centur et in omnibus planis pascua eorum. Non
esuriunt neque sitient: et non percutiet eos estus
et sol: quia miserator eorum reget eos: et ad fontem
aquarum potabit eos. Et ponam omnes
montes meos in viam: et semitam meam ex-
altabunt. Ecce isti de longe venient: et
ecce isti ab aquilone et mari: et isti de ter-
ra australi. Laudate celi et multa terra:
iubilante montes laudem: quia consolatus
est dominus populum suum: et pauperum suorum
miserabitur. Et dicit sion: dereliquit me
dominus: et dominus oblitus est mei. Numquid ob-
livisci potest mulier infantem suum: ut non
miseratur filio uteri sui? Et si illa obli-
vita fuerit: ego tamen non obliviscar tui. Ecce

in manibus meis descripsi te: muri tui cor-
ram oculis meis semper. Generunt stru-
ctores tui destruentes te. et dissipantes
a te eribunt. Leva in circuitu oculos tuos
et vide: omnes isti congregati sunt: vene-
runt tibi. Nunc ego dicit dominus: quia omni-
bus velut ornamento vestieris et circunda-
bis tibi eos quasi sponsa. Quia deserta
tua et solitudines tue et terra ruinę tue:
nunc angusta erunt pro habitatoribus
et longe fugabunt qui absorbebant te.
Adbuc dicent in auribus tuis filii sterili-
tatis tue: Angustus est mihi locus: fac
spatium mihi ut habitem. Et dices in cor-
de tuo. Quis genuit mihi istos? Ego
sterilis et non pariens transigrata et ca-
ptiva: et istos quis enutrivit? Ego desi-
tuta et sola: et isti ubi hic erant? Hec di-
cit dominus deus. Ecce lenabo ad gētes ma-
num meam: et ad populos eralato signum meum.
Et offerent filios suos in vultibus: et filias
suas super humeros portabunt. Et erunt
reges nutriticij tui: et regine nutritices tue
Vultus in terra demisso adorabunt te:
et pulverem pedum tuorum lingent. Et
scies quia ego dominus: super quo non confundentur
qui expectant eum. Numquid tolletur
a forti preda: aut quod captum fuerit a
robusto saluum esse poterit? Quia hoc dicit
dominus. Equidem et captivitas a forti tol-
letur: et quod ablatum fuerit a robusto
salvabit. Eos homo qui iudicaverunt te
ego iudicabo: et filios tuos ego salvabo.
Et cibabo hostes tuos carnibus suis: et
quasi musto sanguine suo inebriabunt.
Et sciet omnis caro quia ego dominus salvans
te: et redemptor tuus fortis iacob.

Aud dicit dominus. Quis est liber
repudij matris vestre: quo di-
misi eam? Aut quis est creditor
meus: cui vendidi vos? Ecce enim in ini-
quitate vestra venditi estis et in scelere
vestris dimisi matrem vestram: quia ve-
ni et non erat vir: vocavi et non erat qui
audiret. Numquid abbreviata et par-
vula facta est manus mea ut non possim
redimere: aut non est in me virtus ad

¶ 5